d'entre eux qui furent frappés de mort par l'exterminateur. » *Ibid. 10*. Un exemple du sens figuré, quand nous nous écartons quelque peu de la lettre pour nous rapprocher de l'esprit, est dans ces paroles de l'Apôtre : « Il est écrit : Vous ne tiendrez point la bouche liée au bouffon qui foule les grains; » et il ajoute aussitôt : « Dieu se met-il en peine de ce qui regarde les bœufs? et n'est-ce pas plutôt pour nous-mêmes qu'il a fait cette ordonnance? » *I Corinth. ix, 9, 10*. Enfin voici qu'il faut entendre dans le troisième sens, le plus sublime, le sens mystique : « C'est pourquoi l'homme quittera son père et sa mère et s'attachera étroitement à son épouse. Ceci est un grand sacrement; je dis en Jésus-Christ et en son Eglise. » *Ephes. v, 31, 32*. Quant aux filles de l'Eglise prostituées, ce sont les âmes qui eurent d'abord la foi et qui ont ensuite été trompées et sont tombées dans l'hérésie. La responsabilité de leur faute retombe sur leur mère.

« Mais comme une femme adultère qui cherche des étrangers en se retirant de son mari. On donne une récompense à toutes les femmes prostituées; mais vous avez payé vous-même tous ceux qui vous recherchaient et vous leur faisiez des présents afin qu'ils vissent de tout côté pour commettre avec vous la fornication. Ainsi il vous est arrivé dans votre prostitution tout le contraire de ce qui arrive aux femmes prosti-

nere in suis oppidis et vicinis fornicata sit, et nullus remanserit angulus vel platea, ubi non idololatriæ signa condiderit, sive Ecclesiæ credentibus deceptis, qui non audierunt illud Apostoli : « Ipse autem Deus peccis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, et anima, et corpus sine querela in die adventus Domini nostri Jesu Christi servetur; » *Thess. v, 23*; sed omni genere fornicati sunt et corpore, et anima, et spiritu. Legimus in Proverbis : « Tu autem scribe ea tripliciter ut respondeas sermones veritatis, qui propouantur tibi. » *Prov. xxii, 20, 21*. Et jubetur nobis, ut eloquia veritatis, id est, Scripturas sanctas, intelligamus tripliciter. Primum, juxta litteram; secundo, medie per tropologiam; tertio, sublimius, ut mystica queque noscamus. Secundum litteram, illud est : « Neque fornicemur, sicut quidam eorum fornicati sunt, et occiderunt una die viginti tria millia; » *I Corinth. x, 3*; et : « Nolite murmurare, sicut quidam de eis murmuraverunt et perierunt ab exterminatore. » *Ibid. 10*. Medie autem et juxta tropologiam, quando recedimus a littera et paululum ad altiora consendimus, dicente Apostolo : « Scriptum est : Non alligabis os hovi trituranti. » Statimque sequitur : Numquid de bobus cura

est Deo? An propter nos utique locutus est? » *I Corinth. ix, 9, 10*. Extrema autem, id est, tertia et sublimis sacraque intelligitur, juxta illud ejusdem Apostoli : « Propterea relinquet homo patrem et matrem, et adheret uxori suæ. Sacramentum hoc magnum est. Ego dico in Christo, et in Ecclesia. » *Ephes. v, 31, 32*. Filie autem sunt Ecclesiæ fornicantes, credentium prius, et postea deceptorum in hæresi animæ, quarum culpa refertur ad matrem.

« Sed quasi mulier adultera, quæ super virum suum inducit alienos. Omnibus meretricibus dantur mercedes; tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, et donabas eis ut intrarent ad te undique ad fornicandum tecum. Factumque est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis et post te non erit fornicatio. In eo enim quod dedisti mercedes, et mercedes non accepisti : factum est in te contrarium. » *Ezech. xvi, 32 et seqq. LXX* : « Mulier adultera — similis tui —, a viro suo accipies mercedes, omnibus qui fornicabantur cum ea dabat mercedes; et tu dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, et onerabas illos ut venirent ad te per circuitum in fornicatione tua. Et factum est in te perversum contra mu-

tuées, et il n'y aura point de fornication semblable à la vôtre, puisqu'ayant payé vous-même le prix de vos crimes au lieu de le recevoir, vous avez fait tout le contraire de ce que font les autres. » *Ezech. xvi, 32 et seqq.* Les Septante : « La femme adultère = semblable à vous *, est celle qui recevant des dons de son mari, les donne à tous ceux qui commettent le mal avec elle; vous avez de même donné des récompenses à tous vos adulateurs, et vous les chargez de présents pour qu'ils vinssent à vous à la ronde recevoir vos embrassements. Et le comble de la perversité a été en vous dans la prostitution contrairement à la coutume des autres prostituées, qui ne méritaient plus ce nom quand on les comparait à vous, en ce que vous donniez des récompenses et que vous n'en receviez pas, ce qui est le comble de la perversité. » Ces mots des Septante : « Semblable à vous, » le texte hébreu ne les porte pas, et ils soulèveraient la question difficile à résoudre de trouver cette autre femme semblable à Jérusalem, dont il est dit qu'elle est femme adultère.

Jérusalem a donc pris les biens de toute sortes dont l'avait comblée la générosité de son mari, pour en faire don à des étrangers, c'est-à-dire aux démons et aux idoles, selon ce qui est écrit dans Osée : « Elle ne s'est pas rappelé que c'est moi qui lui ai donné le pur froment, le vin et l'huile et cette abondance d'ar-

gent et d'or, dont elle a fait des dons à Baal. » *Osé. II, 8.* Aussi ajoute-t-il aussitôt avec colère : « C'est pourquoi je changerai maintenant de conduite à son égard; je reprendrai mon blé et mon vin quand le temps en sera venu; je retirerai ma laine et mon lin pour ne plus recouvrir désormais son ignominie, je découvrirai maintenant sa folie aux yeux de ceux qu'elle aimait, et il n'y aura personne qui puisse la tirer de ma main. » Alors que toutes les femmes prostituées ont coutume de recevoir des récompenses de leurs poursuivants, Jérusalem a fait le contraire, elle a tout donné et n'a rien reçu. Le texte sacré nous dépeint sa prodigalité: Elle les chargeait de présents, pour qu'ils vinssent à elle à la ronde, en sorte qu'il n'y eût pas un seul de ses voisins qui ne contribuât à son ignominie. Jérusalem surpassa donc les autres courtisanes en ce que non contente de donner ses biens, ce qu'elle avait gagné dans le trafic honteux d'elle-même, elle distribua aussi à ses adulateurs et à ses compagnons de débauche les biens qu'elle devait à la libéralité de son mari. Voilà pourquoi nous avons adopté le langage de Symmaque : « Il n'y aura point de fornication semblable à la vôtre. » Comparée à la vôtre, toute prostitution sera regardée comme légère.

Tout ce que nous avons dit de Jérusalem, se rapporte à l'Eglise et à l'âme du fidèle, quand elles livrent à leurs adulateurs les dons de l'é-

hères in fornicatione tua, et post te non sunt fornicatæ, in eo quod daret mercedem et mercedem non sunt date tibi, et factum est in te perversum. » Hoc quod in LXX scriptum est « similis tui, » in Hebraico non habetur, et lectiois conturbat ordinem, et facit non minimam questionem, quæ mulier, cujus similis sit, cum Jerusalem ipsa mulier adultera esse dicatur.

Tulit igitur Jerusalem rerum omnium abundantiam, quæ fuerat viri liberalitate donata, et dedit eam alienis, demonibus videlicet et idolis, juxta illud quod scriptum est in Osée : « Et hæc non cognovit, quia ego dedi ei triticum, et vinum et oleum et argentum multiplicavi ei; ipsa vero argentea et aurea fecit Baalim. » *Osée. II, 8.* Unde iratus statim infert : « Propterea convertam, et auferam triticum meum in tempore suo et vinum meum in tempore suo; et tollam vestimenta mea et linteamina mea, ut non operiam ultra ignominiam ejus, et nunc revelabo immunditiam ejus in conspectu amatorum illius, et nemo eruet eam de manu mea. » Cumque omnes mulieres fornicantes soleant accipere mercedem ab amatoribus suis, Je-

rusalem fecit contrarium, ut magis daret quam acciperet. Et ut largitatem mercedis ostenderet : Onerabat (*Al.* honorabat,) inquit, eos ut venirent ad se per circuitum; ne quis esset vicinus qui ejus ignominiam non miseretur. Et quidem Jerusalem in hoc quoque vicit alias meretrices, ut non solum sua daret, quæ pro ritu turpitudinis labore quæsierat; sed et munera maritalia amatoribus et stupratoribus suis tribueret. Tantaque fuit expositio adulteræ ad omnem turpitudinis magnitudinem, ut non solum presentibus, sed etiam futuris meretricibus præferatur. Unde et nos juxta Symmachum interpretati sumus : « Et post te non erit fornicatio. » Collatione enim tui, omnis deinceps fornicatio levior existimabitur.

Quidquid de Jerusalem diximus, refertur ad Ecclesiam animasque credentium, quæ munera maritalia, aurum videlicet in sensu et argentum in eloquio, et vestimenta quibus fœditas nostra ac turpitudine velatur, dant amatoribus suis vel contrariis fortitudinibus, vel magistris dogmatum perversorum; quando asserunt nihil nocere luxuriam, et passivam libidinem, juxta cor-

poux, l'or du sens des Ecritures et l'argent de l'éloquence, et les vêtements qui cachent notre laideur et notre honte à leurs adulateurs, soit aux démons, soit aux docteurs de fausses doctrines; quand elles proclament que la luxure n'est pas nuisible et qu'en cherchant l'union des corps, on ne fait que suivre la loi de la nature; qu'on peut user indifféremment de tous les aliments, tous ayant été faits pour que l'homme en use, qu'en tout cela, il suffit d'un usage modéré pour qu'il soit profitable; que la justice qui se prive est une duperie, puisque si on la suivait, il faudrait se réduire à la mendicité; et autres paradoxes de ce genre. En recevant ces misérables doctrines, Jérusalem, en qui devrait être la vision de la paix, tourne à sa honte la pénétration de son intelligence et la douceur de son langage. C'est pour ses adulateurs qu'elle marche contre son époux, parée de ces mêmes ornements dont il la combla pour en faire un bon usage. Ce qui suit : « Vous les comblez de présents afin qu'ils vinssent à vous de tous côtés pour commettre l'infamie avec vous, » indique toutes sortes de péchés, en sorte qu'elle ne se contente pas d'une seule chute, mais qu'elle soit, pour ainsi dire, affamée de crimes, et que contrairement aux droits de la nature, elle soit souillée dans tous ses membres de la tête aux pieds.

« C'est pourquoi écoutez la parole du Seigneur, femme prostituée. Voici ce que dit le Seigneur

Dieu : Parce que vous avez dissipé tout votre argent et que vous avez découvert votre ignominie dans vos fornications, attirant ainsi ceux que vous aimez, et dans les abominations de vos idoles, en leur donnant le sang de vos enfants que vous avez sacrifiés, je vais assembler contre vous tous ceux qui vous aimaient, auxquels vous vous êtes prostituée, tous ceux pour qui vous avez brûlé de passion, avec tous ceux que vous haïssez; je les assemblerai tous de toutes parts, je leur découvrirai votre honte et votre infamie paraitra devant eux. Je vous jugerai comme on juge les femmes adultères, et qui ont répandu le sang, et je ferai répandre le vôtre dans un transport de fureur et de jalousie. Je vous livrerai entre les mains de vos ennemis, et ils détruiront votre lieu d'impudicité et renverseront votre retraite infâme. Ils arracheront vos vêtements, ils emporteront ce qui servait à vous parer, et ils vous laisseront toute nue, pleine de honte et d'ignominie. Ils amèneront contre vous une multitude de peuples, ils vous lapideront, ils vous perceront de leurs épées, ils mettront le feu à vos maisons et les brûleront, ils exerceront contre vous des jugements sévères sous les yeux d'un grand nombre de femmes, et vous cesserez de vous prostituer et vous ne donnerez plus de récompenses. Je ferai cesser mon indignation à votre égard, mon zèle et ma jalousie se retireront de vous, je me

poris genitalia, coitum naturali lege deponere; cibis omnibus indifferenter utendum, qui ad hoc facti sunt ut sumantur; prudentiam in eo tantum necessariam, ut sibi prosit; nec justitiam habere locum, quæ si valeat, mendicandum sit, et cætera hujusmodi. Quæ accipiens misera Jerusalem, in qua visio pacis esse deberet, acumen ingenii et eloquii venustatem vertit in turpitudinem. Et pro amatoribus suis adversum maritum ornata processit his ornamentis, in quibus in boni abusionem a viro fuerat ornata. Quodque sequitur : « Et donabis eis ut intrarent ad te undique ad fornicandum tecum, » omnes genes significat peccatorum, ut non uno sit contenta delicto, sed peccandi sustinet famem, et contra jura naturæ omnibus turpata membris usque ad verticem polluitur.

« Propterea, meretrix, audi verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus : Quis affusum est os tuum, et revelata est ignominia tua in fornicatione tua (*Valg.* fornicationibus tuis) super amatores tuos, et super idola abominationum tuarum in sanguine filiorum tuorum quos dedisti eis, ecce ego congregabo omnes

amatores tuos quibus commixta es, et omnes quos dilexisti cum universis quos oderas, et congregabo eos super te undique, et nudabo ignominiam tuam coram eis et videbunt omnem turpitudinem tuam. Et judicabo te judicis adulterarum, et effundentium sanguinem, et dabo te in manus eorum, et destruent furor tuum et demolentur prostibulum tuum, et denudabunt te vestimenta tuis, et auferent vasa decoris tui, et derelinquent te nudam plenamque ignominia. Et adducet super te multitudinem, et lapidabunt te lapidibus, et trucidabunt (*Al.* truncabunt) te gladiis suis. Et comburent domos tuas igni, et facient in te judicia in oculis mulierum plurimarum, et desines fornicari et mercedem ultra non dabis. Et requiescet indignatio mea in te et auferetur zelus meus a te, et quiescat. Nec irascar amplius; eo quod non fueris recordata dierum adolescentium tuæ, et provocasti me in omnibus his. Quapropter et ego vias tuas in capite tuo dedi, ait Dominus Deus, et non feci juxta scelera tuam omnibus abominationibus tuis. » *Ezech. xvi, 33 et*

tiendrai en paix et je ne me mettrai plus en colère; parce que vous ne vous êtes point souvenue des jours de votre jeunesse, et que vous m'avez irrité par tous ces excès, j'ai fait retomber sur votre tête les désordres de votre vie, dit le Seigneur Dieu, et je ne vous ai pas encore traitée selon la mesure des crimes que vous avez commis et de toutes les abominations que vous avez faites. » *Ezech. xvi, 35 et seqq.* Les Septante: « C'est pourquoi, ô courtisanes, écoutez la parole du Seigneur: Voici ce que dit Adonai le Seigneur: Parce que vous avez dissipé votre trésor, que votre honte s'est révélée à vos amants dans votre propre fornication, et dans toutes les pensées de vos iniquités, et dans le sang de vos enfants que vous leur avez donnés, j'assemblerai contre vous tous vos amants, à qui vous vous êtes prostituée, tous ceux que vous avez aimés avec tous ceux que vous avez hais, je les assemblerai contre vous de tous côtés, et je leur révélerai vos malices, et ils verront toute votre ignominie. Je vous infligerai le châtement des adultères et de celles qui répandent le sang, je ferai répandre le vôtre dans un transport de fureur et de jalousie, et je vous livrerai entre leurs mains. Ils anéantiront votre lieu d'impudicité, ils saperont votre fondement, ils vous dépouilleront de vos vêtements, ils vous ôteront les ornements dont vous vous enorgueillissez, ils vous laisseront nue et pleine d'ignominie, ils amèneront contre vous une

multitude, et ils vous mettront en pièces avec leurs glaives. Ils mettront le feu à vos maisons, et ils exerceront contre vous leurs vengeances devant un grand nombre de femmes. Je vous retirera de la fornication et vous ne donnerez plus désormais des récompenses. J'enverrai ma fureur contre vous, et mon zèle vous sera retiré; je demeurerai en repos, je n'aurai plus désormais de sollicitude, parce que vous ne vous êtes point souvenue du jour de votre enfance et que vous m'avez contristé par tous ces crimes. Je ferai retomber l'iniquité de vos voies sur votre tête, dit Adonai le Seigneur, puisque vous avez ajouté l'iniquité à toutes vos iniquités. »

Posons d'abord les fondements de l'histoire. Parce que vous avez fait tout ce qui vient d'être dit, écoutez donc, ô femme prostituée, quel est le châtement qui est réservé à vos actions. Vous avez dissipé le trésor que vous aviez reçu de moi et vous avez donné à vos poursuivants la récompense qui vous était due par eux, et en outre vous avez mis à mort vos enfants en les offrant aux idoles; vous avez été adultère et parricide. J'assemblerai donc contre vous tous ceux à qui vous vous êtes prostituée, ceux que vous avez aimés aussi bien que ceux que vous avez hais, je vous dépouillerai selon la loi qui punit l'adultère, afin que tous voient votre honte dans ce corps qui allumait en eux les desirs les plus insensés. Sous la métaphore de la femme

seqq. lxx: « Propterea, meretrix, audi verbum Domini: Hæc dicit Adonai Dominus: Quia effudisti æs tuum, et revelabitur ignominia tua in fornicatione tua ad amatores tuos, et in omnes cogitationes iniquitatum tuarum, et in sanguine filiorum tuorum quos dedisti eis, ideo ecce ego super te congregabo omnes amatores tuos, quibus commista es et omnes quos dilexisti cum universis quos oderas, et congregabo eos super te per circuitum, et revelabo malitias tuas ad eos, et videbunt cunctam ignominiam tuam. Et ulciscar te ultione adulterarum et effundentium sanguinem, et ponam te in sanguine furoris et zeli, et tradam te in manus eorum; et suffodient lupanar tuum, et destruent basim tuam, et nudabunt te vestimentis tuis, et tollent vasa gloriationis tuæ, et derelinquent te nudam et plenam ignominie et adducent super te multitudinem, et lapidabunt te lapidibus, et truncabunt te gladiis suis. Et succedent domos tuas igni, et facient in te uliones coram mulieribus plurimis et advertant te a fornicatione, et mercedis ultra non dabis; et immittam furem meum super te, et auferetur ze-

lus mens a te, et requiescam, et non ero ultra sollicitus quia non es recordata die infantie tuæ, et contristabas me in his omnibus. Et ecce ego vias tuas in caput tuum dabo, dicit Adonai Dominus; et sic fecisti iniquitatem super cunctis inimicis tuis. »

Primum historis fundamenta jecimus. Quia hæc et illa fecisti, quæ superior sermo comprehendit, ideo audi, meretrix, quæ feceris, et quæ passura sis. Effudisti æs tuum quod a me acceptas, et dedisti mercedem amatoribus tuis, quæ accipere debebas et interfecisti filios tuos, dum eos offerres idolis ut non solum adultera, sed et parricida existeris. Ideo congregabo super et omnes amatores tuos, cum quibus fornicata es tam eos quos dilexisti, quam illos quos oderas et adulterarum te lege nudabo, ut omnes videant turpitudinem tuam, et genitalia propter quæ prius amaris amentia ferebantur. Hæc autem omnia per metaphoram mulieris adulteræ et homicidæ, quæ non solum contra virum suum fornicata sit, sed et filios interfecerit, ducuntur ad Jerusalem, et quod congregandæ sint universæ gentes adversum eam, quarum adave-

adultère et homicide qui, non contente de trahir son mari, met à mort ses enfants, Dieu annonce à Jérusalem qu'elle assembleront contre elle toutes les nations dont elle a adoré les idoles, au culte desquelles elle a fait servir tous les dons du Seigneur, que le temple de Baal sera détruit, et que les autels seront consumés par l'incendie dans toute la ville, qui sera changée en désert. Et de même qu'ils ont coutume de jeter tous la pierre à la femme adultère et d'exécuter la prostituée, afin qu'elle expire sous ces coups, de manière à ce que toutes les femmes voient le supplice de la coupable; de même Jérusalem doit être délaissée en présence des autres villes qui l'entourent et de toutes les autres nations. Cela doit être, afin qu'elle renonce à la fornication, qu'elle cesse de donner des récompenses à ses amants, et que l'indignation de Dieu s'apaise, après s'être déchainée contre celle qu'il avait cessé d'aimer. Par là nous voyons quel grand dommage il y a pour une âme à n'être plus l'objet de la sollicitude divine, et à être laissée en proie à ses crimes et à ses péchés. » « Mon zèle, » dit le Seigneur, « vous sera retiré, je rentrerai dans le repos à votre égard, je ne m'irriterai plus contre vous, » vous regardant comme une étrangère qui s'est éloignée de moi et que j'ai livrée à une éternelle nudité. Et si tel a été le châtement de Jérusalem pour s'être

prostituée aux idoles, quel sera donc celui qui l'attend quand elle aura mis à mort le Fils de Dieu? Tout cela, poursuit la prophétie, vous l'avez fait, ne vous souvenant point de mes bienfaits passés, et vous m'avez provoqué à la colère ou vous m'avez contristé, quand vous auriez dû m'être un sujet de joie par vos bonnes œuvres, C'est pourquoi j'ai fait retomber vos propres œuvres sur votre tête. Et pourtant, même en vous anéantissant, ô vile adultère, l'effet de ma colère sera au-dessous de ce que vous aviez mérité; afin que la clémence divine éclate même en vous et qu'on sache que le châtement est toujours moindre que le péché.

Au sens figuré, toute âme reçoit de Dieu un dépôt d'argent, comme le montrent, dans l'Evangile, *Math. xxv*; *Luc. xix*, les paraboles des cinq, deux et un talents, et des serviteurs recevant chacun une mise d'argent. Tout serviteur négligent devient débiteur de cinquante deniers et de cinq cents. C'est à cause de lui qu'aux yeux de ses adulateurs, en qui nous entendons les démons et les puissances ennemies, est révélée la honte de Jérusalem, soit au jour du jugement, soit au temps de la pénitence quand le pécheur est puni. Auparavant sans doute, seul le Dieu tout-puissant voit les choses les plus secrètes, comme le déclare l'Evangile: « Le Père voit dans le secret; » *Math. vi, 6*; et le psaume:

rit idola, et omnia Dei munera in cultum eorum converterit, et destruxit templum Baal, et aræ omnis civitatis incendio subvertantur, nihilque in ea remaneat. Et sicut solent contra adulteram omnes lapides jacere et trucidare meretricem, ut singulorum vulneribus occidatur, ita ut omnes mulieres penam videant fornicariæ; sic in conspectu aliarum in circuitu civitatum et omnium nationum deserendam Jerusalem. Et hoc fieri, ut desinat fornicari, et non det ultra mercedem amatoribus suis et requiescat indignatio Dei, nec irascatur ei quæ amare desierit. Ex quo perspicimus grandem offensam esse, nequaquam curæ haberi a Deo, sed permitti hominem sceleribus suis atque peccatis. « Auferetur, » inquit, « zelus meus a te, et requiescam, nec irascar amplius, » quasi aliena et quæ a me recesserit et quam æternæ tradiderim nuditati. Si autem hoc passa est Jerusalem, quia cum idolis fornicata est, quid eam passuram putamus, quando Dei Filium trucidavit? Et hæc, ait, universa fecisti, obita beneficiorum pristinorum et me ad iracundiam provocasti, sive contristasti me, quem bonis operibus debuisti ad gaudia provocare. Propterea, et ego reddidi

tibi opera tua in caput tuum. Et cum te subvertereo, o adultera, tamen minus in te iræ meæ exercebo, quam meruisti; quod et in te hoc divina clementia demonstratur, ut majora sint peccata quam pœnæ.

Juxta tropologiam, omnis anima accipit a Deo pecuniam spiritalem, secundum illud Evangelii, *Math. xxv, Luc. xix*, quod dicitur in parabolis quinque, et duum, et unius talentorum, et servorum decem mnas singulas acceptorum, qui cum egerint negligenter, debitores fiunt quinquaginta (41. decem) denariorum et quingentorum, et propter hos presentibus amatoribus, quos demones contrariasque virtutes intelligimus, revelatur ignominia Jerusalem, vel in die iudicii, vel in tempore penitentiae quando corripitur. Et prius quidem solus omnipotens Deus cernit occulta, dicente sermone Evangelico: « Et Pater qui videt in abscondito. » *Math. vi, 6*. Et in alio loco: « Scrutans corda et renes Deus. » *Psal. vii, 10*. Et in Regum volumine: « Tu solus nosti corda cunctorum filiorum hominis. » *II Paral. vi, 30*. Quando vero fuerit expletum: « Non est absconditum quod non manifestetur, et opertum quod non reveletur; » *Luc. xii, 2*; et in

« Dieu sonde les cœurs et les reins; » *Psalm.* vii, 40; et le livre des Rois : « Vous seul, Seigneur, connaissez les cœurs de tous les enfants des hommes. » Il *Paral.* vi, 30. Mais à l'accomplissement de cette prophétie : « Il n'y a rien de caché qui ne doive être découvert, ni rien de couvert qui ne doive être connu. » *Luc.* xii, 2... « Ne jugez point avant le temps, jusqu'à ce que le Seigneur vienne, lui qui portera la lumière dans les ténèbres les plus profondes et qui découvrira les plus secrètes pensées des cœurs, en sorte que chacun alors recevra de Dieu la louange qui lui est due; » *Corinth.* iv, 5; et lorsque au temps du châtiment, s'accomplira cette prophétie d'Osée : « Maintenant leurs pensées les ont circonvenus; » *Osé.* vii, 2; et celle de l'Apôtre : « Leurs diverses pensées accusant ou défendant les hommes, au jour où Dieu jugera tout ce qui est caché dans le cœur des hommes. » *Rom.* ii, 15... « L'homme comparaitra, et ses œuvres seront devant ses yeux; » alors, tous ceux qui s'étaient plongés dans la fornication avec elle verront sa honte, et Dieu fera répandre son sang dans un transport de fureur et de zèle. Et en effet, rien n'égale la fureur du mari contre l'épouse adultère, elle ne s'apaise à aucun prix. Quant aux fils dont Jérusalem a versé le sang, nous devons voir en eux les *bonnes pensées* que Dieu a semées dans le cœur de l'homme; l'adultère met à

alio loco : « Nolite ante tempus judicare, donec veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium, et tunc laus unicuique erit a Deo; » I *Corinth.* iv, 5; et cum correptionis tempus advenierit, tunc implebitur illud Osée : « Nunce circumderunt eos cogitationes suas; » *Osé.* vii, 2; et in alio loco : « Inter se cogitationibus accusantibus, » sive « defendentibus, in die quando judicabit Deus abscondita hominum; » *Rom.* ii, 15; et rursum : « Ecce homo, et opera ejus ante faciem illius. » Et videbunt omnes turpitudinem ejus qui prius cum ea fuerant fornicati, et dabit eam Deus in sanguine fororis et zeli. Plenus est enim furor viri contra uxorem adultèram, et nullo pretio potest redimi. Sanguis autem fiorum sic intelligi potest, ut filios appellemus Jerusalem *καγαμοὺς καλοῦς*, id est, « cogitationes bonas, » quæ a Deo hominibus insite sunt; quos interficit adultera, quando ad mala opera declinaverit.

Prodest quoque Jerusalem, ut suffodiatur lupanar ejus, et omnis fornicationis ejus seminarium destruat. Cum enim hoc factum fuerit, mercedes ultra non dabit, et requiescet Dei indignatio, et nequaquam

mort ces fils, quand elle s'adonne aux mauvaises œuvres.

Il est utile aussi pour Jérusalem que son antre d'impudicité soit détruit de fond en comble, que toute racine de fornication soit arrachée en elle. Cela fait, elle ne donnera plus de récompense à ses courtisans, et la colère de Dieu s'apaisera; sûr de sa chasteté, elle n'aura plus de jalousie contre elle. Telle est du moins l'interprétation de ceux qui prennent ce passage en bonne part. Pour les autres, ils disent que le signe du comble de la colère en Dieu est qu'il cesse de la manifester, dédaignant désormais l'âme adultère et désespérant de son salut. Que si les hérétiques qui repoussent l'Ancien Testament, reprennent la parole suivante de la version des Septante : « Vous me contristiez par tous ces crimes, » en ce qu'ils semblent montrer que Dieu, outre qu'il est accessible à la colère, est sujet au chagrin et à la tristesse, demandons-leur d'où vient qu'ils acceptent cette autre parole, qui est assurément un commandement de la bonté de Dieu : « N'attristez pas l'Esprit Saint de Dieu dont vous avez été marqués comme d'un sceau pour le jour de la rédemption. » *Ephes.* iv, 30. Quoi qu'ils puissent alléguer pour la défense de ce dernier témoignage, nous le retournerons contre eux dans la défense de celui des Septante.

« On dit d'ordinaire : Telle mère, telle fille, et

eam zelabitur, de illius castitate scernus; videlicet juxta eos qui in bonam partem accipiunt quæ dicuntur. Alii vero, ut supra diximus, ad contrarium partem referunt, ut magnæ iræ Dei sit non irasci, cum semel contempserit fornicantem et de salute illius desperaverit. Sin autem heretici qui vetus non recipiunt Instrumentum, juxta Septuaginta editionem, in hoc loco reprehenderint illud quod dictum est : « Et contristabas me in omnibus istis, eo quod Deus non solum iram recipiat, sed et moeroris subjacet atque tristitiæ, interrogemus eos quomodo illud suscipiant, quod certe boni Dei mandatum est : « Nolite contristare Spiritum sanctum Dei in quo signati estis in die redemptionis » *Ephes.* iv, 30. Quiddam enim dixerint in defensionem illius testimonii, hoc nos in satisfactionem presentis sermonis aptabimus.

« Ecce omnis qui dicit vulgum proverbium, in te assumet illud, dicens : Sicut mater, ita et filia ejus. Filia matris tuæ est, quæ projectit virum suum et filios suos, et soror sororum tuarum tu, quæ projecit viros suos et filios suos. » *Ezech.* xvi, 44. LXX : « Hæc sunt omnia quæ dixerunt contra te in parabola,

ceux qui se servent de ce proverbe le tourneront contre vous. Vous êtes vraiment la fille de votre mère qui a abandonné son époux et ses enfants, et vous êtes la sœur de vos sœurs, qui ont abandonné leurs époux et leurs enfants. » *Ezech.* xvi, 44. Les Septante : « Voilà tout ce qu'on a dit contre vous dans cette seule parabole : Telle mère, telle fille. Vous êtes vraiment la fille de votre mère, qui a rejeté son mari et ses enfants, et les sœurs de vos sœurs, qui ont rejeté leurs maris et leurs enfants. » Après l'énumération des crimes de Jérusalem et des peines infligées pour la ramener au salut, le texte lui applique ce commun proverbe, ou, selon les Septante, cette parabole : Telle mère, telle fille. Cette mère de Jérusalem, est-il écrit plus haut et sera-t-il répété plus loin, était une *Céthéenne*, nom qui veut dire *insensée* ou qui *rend insensé*, emblème des séductions du siècle qui conduisent l'âme captive à sa perte et la séparent de son époux, c'est-à-dire de la parole de Dieu et de sa doctrine. Elle est la sœur de ses sœurs, et nous verrons en effet bientôt que la prophétie lui donne les noms et Sodome et de Samarie, celle-là symbolisant la vie et l'impureté païennes, et l'autre les pièges des hérétiques. Ce qui suit dans les Septante : « Les sœurs de vos sœurs, » n'a pas de sens. Quelles seraient ces autres sœurs de Sodome et de Samarie, qui seraient aussi les sœurs

de Jérusalem ? On se demande encore quels sont ces maris rejetés par Sodome et Samarie et ces fils qu'elles ont chassés ? Peut-être faut-il l'entendre en ce sens que les pieds de ceux qui sont dans l'erreur n'ont aucune stabilité, que ceux qui marchent hors de la vérité n'ont pas de voie bien arrêtée; ils vont à l'aventure de ci de là et sont emportés au souffle de toute doctrine, sortant d'une erreur pour tomber dans une autre, *Ephes.* iv, et passant encore de celle-ci dans une troisième, quand ils reconnaissent que leurs efforts ont été vains jusque-là.

« Votre mère est Céthéenne et votre père est Amorrhéen. Votre sœur plus grande que vous est Samarie, avec ses filles qui habitent à votre main gauche. Votre sœur plus petite que vous est Sodome, à votre main droite avec ses filles. Et vous n'avez pas seulement marché dans leurs voies, et commis les mêmes excès qu'elles ont commis, mais vous les avez presque surpassées dans tous les crimes de votre vie. » *Ezech.* xvi, 43 et seqq. Les Septante : « Votre mère est Céthéenne, votre père est Amorrhéen; votre sœur plus âgée est Samarie, elle et ses filles qui habitent à votre gauche, et votre sœur plus jeune que vous, qui habite à votre droite, est Sodome avec ses filles. Et vous ne vous êtes pas contentée de marcher dans leurs voies, et d'imiter leurs iniquités, mais vous les avez dépassées dans

dicentes : Sicut mater, et filia. Filia matris tuæ tu es, quæ repulit virum suum et filios suos; et soror es sororum tuarum quæ repulerunt viros suos et filios suos. » Post *κατάλογον* vitiorum et correptionis (*Al.* correptiones) Jerusalem, per quam retrahitur ad salutem, aptatur ei tritum vulgi sermone proverbium, sive ut Septuaginta translulerit, « parabola : » Qualis mater, talis et filia. Mater autem Jerusalem, sicut et supra et in consequentibus scriptum est, Chethæa appellatur, interpretaturque « insaniens, » sive in « amentiam vertens; » per quæ sceculi hujus iniquitativa monstrantur, quæ captivam animam decunt ad interitum, et a viro suo separant (haud dubium quin verbum Dei doctrinaque dicatur). Et soror sororum suarum, ut post paululum lecturi sumus, Sodoma vocatur et Samaria; quarum altera gentilem vitam luxuriamque significat, altera hæreticorum decipulas. Porro quod in Septuaginta legitur : « Sorores sororum tuarum, quæ repulerunt viros suos, et filios suos, non habet sensum. Quas enim alias sorores habebant Sodoma et Samaria, quæ sorores sunt Jerusalem? Et hoc querendum, quos viros Sodoma Samariaque di-

miserint, et quos projecerint filios? Nisi forte possimus hoc dicere, quod semper errantium fluctuant pedes, nec sint solida vestigia quæ contra veritatem sunt; sed hoc illicque discurrant, et circumferantur omni vento doctrinae, dum de falsitate transeunt ad aliam falsitatem, *Ephes.* iv, et cum in primis frustra se sudasse cognoverint, ad secunda tertique transcendant.

« Mater vestra Hethæa (*Al.* Chethæa), et pater vester Amorrhæus, et soror tua major Samaria; ipsa et filia ejus quæ habitant ad sinistram tuam. Soror autem tua minor te, quæ habitat a dextris suis, Sodoma et filia ejus. Sed nec in viis earum ambulasti, neque secundum scelera earum fecisti paulo (*Vulg.* paululum) minus; pene sceleratiora fecisti illis in omnibus viis tuis : » *Ezech.* xvi, 45 et seqq. LXX : « Mater vestra Chethæa, et pater vester Amorrhæus, soror vestra senior Samaria, hæc et filia ejus quæ habitant a sinistris tuis, et soror tua junior te, quæ habitat a dextris tuis, Sodoma et filia ejus; et nec sic quidem in viis ejus ambulasti, neque secundum iniquitates illius egisti paulo minus, et transgressa es eas in omnibus

toutes vos voies. » La prophétie avait dit plus haut : « Ton père est Amorrhéen et ta mère Céthéenne, » ici, elle intervertit l'ordre et le nombre : « Votre mère est Céthéenne et votre père Amorrhéen. » Ses crimes s'étant accrus, elle est divisée en plusieurs parties; l'union estrompue, et il n'y a plus qu'une foule et une multitude qui ne peut s'élever vers les sommets avec Jésus-Christ. Pour les sœurs de Jérusalem, Samarie et Sodome, on reconnaît en effet que, même pour les yeux, l'une est à gauche et l'autre à droite, si du temple de Jérusalem on regarde l'Orient. Samarie est appelée l'aînée, parce que, la première, elle pécha, et fut conduite en captivité par les Assyriens, et Sodome la plus jeune parce qu'elle est la figure des Gentils. Au reste, à cette époque-là Sodome n'existait plus; avant que nous trouvions dans les Écritures le nom de Jérusalem, elle avait été détruite par le feu du ciel avec Gomorre, Adama et Séboim. *Genes.* xix. Placée entre ses deux sœurs, Jérusalem, ou Juda, sous un autre nom, fut menée captive à Babylone par les Chaldéens; et les crimes de Jérusalem furent de beaucoup plus monstrueux que ceux de Samarie et de Sodome, puisqu'elle adora dans le temple l'idole de Zélus, et plus tard mit à mort le Fils de Dieu.

Au sens figuré, Samarie et Sodome, c'est-à-dire les hérétiques et les païens sont moins criminels que ceux qu'on croit habitants de Jérusalem.

viis tuis. » *Supra* dixerat : « Pater tuus Amorrhæus, et mater tua Cethæa; » hic ordine et numero commutato : « Mater vestra Cethæa, et pater vester Amorrhæus. » Cum enim scelera profecerint, sciunduntur in partes; et unione deserta, in turbam proficiunt ac multitudinem, que cum Jesu non valet ad montem ascendere. Sorores autem Jerusalem Samaritanam et Sodomam, quem altera a sinistra, altera a dextris est, etiam secundum intelligentiam corporalem, si de templo Jerusalem Orientem aspicias, approbabis. Majorque dicitur Samaria, quia prior peccavit et ab Assyriis ducta est in captivitatem; et minor ac junior Sodoma, que refertur ad gentium turbam. Alioquin eo tempore Sodoma non erat, que prius quam in Scripturis legamus Jerusalem, cum Gomorra, Adama et Seboim, divino fuerat igne deleta. *Genes.* xix. Media autem inter duas sorores Jerusalem, que alio nomine appellatur Juda, a Chaldæis ducta est in Babylonem; mulloque Jerusalem sceleratiora peccavit quam Samaria et Sodoma, in templo adorans idolum Zeli, et postea Dei Filium interficiens.

Porro secundum tropologiam, Samaria et Sodoma,

rusalem, c'est-à-dire de l'Église. De là ce reproche adressé aux Corinthiens, qui croyaient en Jésus-Christ, mais étaient sous le joug des mauvaises œuvres : « C'est un bruit constant qu'il y a de l'impureté parmi vous, et une telle impureté qu'on n'entend point dire qu'il s'en commette de semblable parmi les païens, jusque-là qu'un d'entre vous abuse de la femme de son père. » *I Corinth.* v, 1, etc. Les hérétiques, ceux toutefois qui acceptent l'Ancien Testament, ont coutume d'entendre par ce passage trois natures : spirituelle, animale et terrestre. Jérusalem est le symbole de la première, Samarie de la seconde, et Sodome de la troisième. Demandons-leur en passant comment de trois natures : spirituelle, animale et terrestre, qui assurément sont différentes entre elles, ou peut dire qu'elles ont un même père et une même mère ? cela ne peut nullement convenir à leur invention. Et comment la nature animale et la nature terrestre, d'après le même prophète, sont réintégrées dans leur état primitif, c'est-à-dire l'état spirituel ? ceci encore est contraire à leurs arguments. Pour ce qui est de Samarie entendue comme symbole des hérésies elles-mêmes, la preuve en est dans le prophète Osée et dans bien d'autres endroits des Écritures, et notamment dans ce témoignage : « Malheur à ceux qui méprisent Zion, qui mettent leur confiance en la montagne de Samarie et qui ont vengé les principautés des

id est, hæretici et Ethnici, sæpe leviora committunt, quam hi qui putantur Jerusalem, hoc est, Ecclesiastici. Unde ad Corinthios dicitur, qui credebant quidem in Christum, sed malis operibus premebantur : « Omnia audiat inter vos fornicatio, et talis fornicatio qualis nec inter gentes quidem, ita ut uxorem patris quis habeat, » *I Corinth.* v, 1, et cætera. Solent hæretici, qui tamen vetus suscipiunt Instrumentum, tres naturas ex hoc loco intelligere, spirituales, animales, atque terrenas. Et spirituales referunt ad Jerusalem; animales, ad Samaritanam; terrenas, ad Sodomam. Quos breviter interrogemus, quomodo tres nature, spirituales, animales, et terrena, que utique inter se diversæ sunt, unam matrem et unum patrem habere dicantur ? quod figmento eorum non congruit. Et quomodo animalis et terrena natura, juxta hunc eundem prophetam resurgunt in antiquum statum, id est in spirituales ? quod et ipsum eorum rationibus contrarium est. Quod autem Samaria intelligitur in hæresibus, et in Osæ propheta, et in multis aliis locis, præcipueque illo testimonio comprobatur : « Va qui despiciunt Zion, et qui confidunt in monte Sama-

nations. » *Amos.* vi, 1. Tous les hérétiques méprisent Zion, dont le nom veut dire *sentinelle*, et qui est l'Église; ils mettent leur confiance en eux-mêmes, dans la montagne de Samarie, c'est-à-dire dans leur orgueil et leurs dogmes pervers qu'ils croient sublimes, et par leurs prédications mensongères, ils vendagent ou ravagent les principautés des nations, en sorte que par le mirage de leurs doctrines, ils entraînent dans l'erreur de l'hérésie les plus puissants d'entre les nations.

« Je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, que ce qu'on fait Sodome votre sœur et ses filles n'est point si criminel que ce que vous avez fait vous et vos filles. Voici quelle a été l'iniquité de Sodome votre sœur : c'est qu'elle et ses filles se sont livrées à l'orgueil en se voyant rassasiées de pain dans l'abondance et le repos, et qu'elles n'ont point tendu la main au pauvre et à l'indigent. Elles se sont élevées et ont commis des abominations devant moi; c'est pourquoi je les ai détruites, comme vous avez vu. Samarie aussi n'a pas fait la moitié des crimes que vous avez commis, mais vous avez surpassé l'une et l'autre par vos excès, et vous avez justifié vos sœurs par toutes les abominations que vous avez faites. » *Ezech.* xvi, 48, 49. Les Septante : « Je le jure par moi-même, dit Adonai le Seigneur; Sodome ta sœur et ses filles

ont agi comme toi-même et tes filles avez agi. Or l'iniquité de Sodome ta sœur fut l'orgueil en se voyant rassasiée de pains et dans l'abondance. Elle et ses filles étaient plongées dans les délices; — elle-même et ses filles avaient ces biens, — et elles ne prenaient point la main du pauvre et de l'indigent. Elles s'enorgueillissaient dans leur magnificence; elles commirent l'iniquité en ma présence, et je les ai détruites comme vous l'avez vu. Samarie n'a pas commis la moitié de vos péchés, et vous avez multiplié vos iniquités beaucoup plus qu'elle; vous l'avez justifié vos sœurs dans toutes les iniquités que vous avez commises. » Ces mots des Septante : « Elle-même et ses filles avaient ces biens, » ne sont pas dans l'hébreu. Dans l'Ancien Testament, le serment de Dieu est celui-ci : « Je suis vivant, dit le Seigneur; » *Num.* xiv, 21; et dans le Nouveau : « En vérité, en vérité, je vous le dis. » *Joan.* xiii, 16. Mais la qualité de vivant lui étant commune avec d'autres : « Le Dieu d'Abraham, le Dieu d'Isaac et le Dieu de Jacob n'est pas le Dieu des morts, mais celui des vivants; » *Marc.* xii, 26, 27; et ailleurs : « Je serai agréable à Dieu dans la maison des vivants; » *Psal.* cxv, 19; nous sommes à nous demander d'où vient que Dieu revendique pour lui seul ce qui lui est commun avec d'autres. Or, de même qu'on dit : bon arbre, homme bon, bon pasteur, bon serviteur,

ria, vindemiaverunt principia gentium. » *Amos.* vi, 1. Omnes enim hæretici despiciunt Zion, que interpretatur, « specula, » et refertur ad Ecclesiam; et confidunt sibi in monte Samaria, in superbia videlicet dogmatum perversorum, que putant esse sublimia, et per has predicationes fraudulentas, vindemiant atque populantur principia gentium, ut miraculo doctrinarum, potentes quosque gentium ad errorem hæreticum pertrahant.

« Vivo ego, dicit Dominus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa et filia ejus, sicut fecisti tu et filie tue. Ecce hæc fuit iniquitas Sodome sororis tue : superbia, saturitas panis, et abundantia, et otium ipsius et filiarum ejus; et manum egeno et pauperum non porrigebant. Et elevata sunt, et fecerunt abominaciones coram me, et abstuli eas sicut vidisti (*Al.* vidi). Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccavit; sed vicisti eam sceleribus tuis, et justificasti sorores tuas in omnibus abominacionibus tuis quas operata es. » *Ezech.* xvi, 48, 49. LXX : « Vivo ego, dicit Adonai Dominus : Sic fecit Sodoma soror tua hæc et filie ejus sicut fecisti tu et filie tue. Verumtamen fuit ini-

quitas Sodome sororis tue superbia in saturitate panum et in abundantia. Delicias affluēbat ipsa et filia ejus — hoc habebat ipsa et filia ejus —, et manum pauperis et egeni non assumbent, et gloriantur magnificis, et fecerunt iniquitates in conspectu meo, et abstuli eas sicut vidisti. Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccavit, et multiplicasti iniquitates tuas super eas; et justificasti sorores tuas in omnibus iniquitatibus tuis, quas operata es. » *Quod* posere LXX : « Hoc habebat ipsa et filia ejus, » in Hebræo non habetur. In veteri Testamento Dei juramentum est : « Vivo ego, dicit Dominus; » *Num.* xiv, 21; in novo autem : « Amen, amen dico vobis. » *Joan.* xiii, 16. Sin autem hoc commune cum cæteris est : « Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob, non est Deus mortuorum, sed viventium; » *Marc.* xii, 26, 27; et in alio loco : « Placebo Domino in regione viventium; » *Psal.* cxv, 9; quærimus, qua ratione commune vocabulum proprie sibi vindicet Deus. Sed quomodo dicitur, arbor bona, et bonus homo, et bonus pastor, et bonus servus, nemo autem absolute bonus, nisi solus Deus; *Luc.* xviii; sic cum angeli cæteraque virtu-